

(1) Forma fuit eximia et per omnes  
aetatis gradus uenustissima, quamquam  
et omnis lenocinii neglegens ; in capite  
comendo tam incuriosus, ut raptim  
compluribus simul tonsoribus operam  
daret ac modo tonderet modo raderet  
barbam eoque ipso tempore aut legeret  
aliquid aut etiam scriberet.




(2) Vultu erat uel in sermone uel tacitus adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem conloquii proprius admissus in praecipitum propelleret.



(3) Oculos habuit claros ac nitidos,  
quibus etiam existimari uolebat inesse  
quiddam diuini uigoris, gaudebatque, si  
qui sibi acrius contuenti quasi ad  
fulgorem solis uultum summitteret ; sed  
in senecta sinistro minus uidit ;



(4) dentes raros et exiguos et scabros ;  
capillum leuiter inflexum et subflauum ;  
superclia coniuncta ; mediocres aures ;  
nasum et a summo eminentiorem et ab  
imo deductionem ; colorem inter  
aquilum candidumque ;



(5) staturam breuem (quam tamen Iulius Marathus libertus et a memoria eius quinque pedum et dodrantis fuisse tradit), sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione astantis alicuius procerioris intellegi posset.




NEED  
3D  
GLASSES






NEED  
3D  
GLASSES





NEED  
3D  
GLASSES






NEED  
3D  
GLASSES



OPHÉE



NEED  
3D  
GLASSES





NEED  
3D  
GLASSES



NEED  
3D  
GLASSES





NEED  
3D  
GLASSES







